

Verum ancillarum oculi in manibus heræ? Quorsum? In illarum institutum: equidem cum manus signent opera, quæ videntium sunt exempla; oculi ancillæ non in oculis collocauntur, sed in suæ manibus domiæ: quandoquidem nihil ad obsequium ministræ faciunt, nisi quæ servientes viderint. *Animus dominarum* (ait Hieronym. quò dudum) *ex ancillarum habitu indicatur.* Qualis erit heræ, si pompofus ancillæ? Qualis heræ, talis & pedesqua: mores iuxta mores: equidem imitantes quæ vident, simiæ dominarum factæ; iuxta illarum prava, vel improba facta, quasi in blandimen & gratiam operantur ministræ. Filiz de latere surgunt, ut nonnunquam in matrem intueantur, & quorum oculi in manibus genitricis, in studium instructionis, surgentes illius studia bona vel mala, utpotè matris specula: etiam nil aliud specie repræsentabunt, nisi quæ à matre speculis obijciuntur. Dicemus latè *Tom. seq.* ad illud *Ezech. 45. Filia matris tuæ es tu.* Ex otiosis enim otioz, ex vanis vanæ: neutrumque habebunt, tendentes in vanitatem genitricis & ocium; si digiti eius apprehenderunt fufum.

II Coram Ianone, Venere & Parcisi fita apud Prifcos Dea Syria, cuius *caput radijs insigniebatur, altera manu gestans sceptrum & altera fufum.* Ita Lucian. in *libell. de ea & Chartar. in Iunon.* fol. 119. Omnes dotes Dearum continebant insignia huius imaginis, ut mulieris insignis contarent dotes: equidem si ubi nulla otiofitas, femine conciliatur maiestas; meretur profectò inter feminas sceptrum, quæ pro scepro ad ornatum potendit fufum. Non mollia efformant feminam in commendationem, sed familiæ regimen: cuius sceptrum insigne, comite fufo: igitur si ex doribus & non dote commendatio; a fuso maiestas provenit: sine fuso quidem, quanvis teneat sceptrum, minime regit. Dotes mulieris sunt regere domum, seipfam exhibentis operationam exemplum: & ubi propter uxoris auctoritatem datur sceptrum, illa demonstrat & fufum; ut luceat unde labor, femine eminentis splendore: equidem abdicò colo & fuso, à quæ sceptrum participat maiestatem; est principetur cunctis, non habet regimen. Caput radijs fulget, quia fufus femine decus: etenim exercitio quam agnoscebant mulierem, adorabant tanquam Numen. Rutilant dotes, unde pretioz mulieres, fulgente facie ex exercitio decore: igitur spectabili tota radiorum maiestas, a splendore duntaxat matris familias. Hac de causa cum nova nupta, in Sponsi domum, colum inferre-

bant & fufum. Plutarch. *Rom. qq. 29. & 30. Colo & fufus cum nova nupta.* & Pier. Valer. *lib. 48. cap. 25.* Signum utique probitatis, castitatis & utilitatis; gladijque in vitia, quæ depravatur improviso femina. Hocine intuitu Syria Deæ maiestas adversas Iunonem, Venerem stat & Parcias. Alexipharmacum fufus: igitur in illo utpote scepro, scuti rutilant decus in vanam ostentationem, desiderium otiofitatem, infidiosam Venerem, & sagittiferam mortem. Succinit Iuvenal *Satyr. 6. à v. 286. Unde hac monstra tamen, vel quo de fonte, requirit?*

Præstabat castas humilis fortuna Latinas. Quondam, nec vitijs contingi parva sinebant. Tecta, labor, somnique breves, & vellere Tusco Vexata, duraque manus: Saviour armis Luxuria incubuit.

12 Mulier fortis, ideo, insignis, ubi invenitur? Affinis Tautologia lectio Armenica: *Mulierem sani cerebri, qui inveniet? Pretiosior ea est lapidibus pretiosis.* Coram oculis est tantæ felicitatis difficultas. Verum videamus, unde illius æstimabilis pretiositas. An quia simul apprehendit fufum & sceptrum, querendo lanam & linum? Non aliunde splendor eius ex specioso labore. Verum pendet. *Operata est consilio manuum suarum.* In illa splendet consilium, dum nulla habet sanum cerebrum: igitur impendere quod debebant in regimen credit domus; sine mente expendant in crotacula & ornatus. Sit ergo: & utinam non! Sanum habent cerebrum, nec pro putribus stridulis crotaculis perdacerent usque in insaniam iudicium. Delectat summè in uxore prudens pectus: exterum quomodo simul erit consilium in manibus? Consilium est iudicium in agibilia, quod sedet in capite, pro agendorum directione, ut fiant rectiora, & removeantur damna, in proficuum actionum utilitatem; manus duntaxat in operationem: manibusque femine industria signatur etiam consilium; quippe familia consuluit ex operatione manuum. Molestant vitia puellas, quæ debent conspiciere tanquam Parcias, maximè formæ vanitas, levis Venus & otiofitas: consiliumque datur manibus matris-familias, quoniam suavit, induxit, docuitque per manuum operationem, fugere otiofitatem, formæ studium, iudicium vanum, penitentiam Venerem, & demum animæ mortem.

Aut ducunt lanas, aut stamina pollice versant, Aut herent tela, famulasque laboribus urgent.

Hæc sunt cibaria, quæ præstat ancillis, ratio-

Car fufus femina decus?

Iuvenal.

Prov. 31. 10

Veit. 13

Exercitia matris famulas loquacia.

Ovid. 4. Metam. fabul. 7. Vers. 15.

Hieron.

Nihil agit famula, nisi que & domina.

Dea Syria. Lucian.

Imago vestit domus regimini.

tionem exempli & laboris: igitur cum tota vitæ ratio à colo pendeat & fuso; ne perirent fame, consilium acceperunt à manibus domini fufi.

Verf. 29.

Car fufus femina decus?

Ovid. 2. Amor. 4. v. 28.

Dei filiarum, matris in regimen exercitium.

Veit. 30. Malacand.

Polyb.

Credulitas Nabii.

darfo mulieris, mox organis quibusdam at tractum intendebat, & paulatim ad manus adducens eum qui premebatur; omne genus vices cogebat edere. Hoc enim modo multos interemit. Huic simile idolum diabolus conficit in qualibet femina, vana, otiosa, voluptuosis dedita, stultiose compta, superflue ornata, ostentatundè polita, superbia pompofa, onerata lapillis, onusta gemmis, scitula specie, etiam cum nomine idolis quippequam circumornata, ut similitudo templi, cuius vana puicitritudo, sicut imago: igitur ita fallax gratia in eum qui obsequijs illius vanitate indulget; ut inter eius brachia amplectendo trucidet, postquam illius delirij redactus in inopiam infelicem, nequit ampliora expendere in vanitatem. Utinam obliqua esset cogitatio, & falsa uti pulchritudo! Habetur utique quæque præ oculis; sed illarum sine lachrymis. Aptè Plautus mari confert.

Mare devorat, sed nunquam abundat. Mare saltem servat: quod illi subest, apparet. Quod saxina huic datur, nusquam apparet. Nec datori, nec acceptrici. Miseram blanditiâ Intulit in pauperiem velut meretrici; Privavit bonis, luce & bonore.

DIDASCALIA III.

Monachus eò spectabilior, si quotidie melior.

PLura de tepiditate & vitæ spiritalis torpore, dixi in *Liter. à n. 43.* in illud: *Nec frigidus nec calidus: modo aliquid dicendum pro Monachorum statu; ne illius in illis inoleat oblivio, quæ decolor pretiofitatis perfectio.*

Unde fit hoc? Certè res prodigiosa videtur. Hæc loca si procul bine vidæas è rupibus altis, Plingue solum, & multo vestitum gramine dicar.

Quò magis approprias, tantò magis omnia sordent.

Canit Mantuan. *Belog. 9. à v. 116.* Si longè sæculum, fulgebit nimis pretiofitas Monachorum: igitur qui status memoria cum perfectione fulgent, oblivione perfectionis corruptissimè sordent.

Sanctos vos putabant, & magnos omnes, Nunc autem mancipia, stultos, insanos: Iam furiosos percutient vos, & in sacris ferreis clavis plena, quos vestis occultabat: similiter etiam in mammis infixos clavis habebat. Quando igitur brachia impresferat

In qua tormenta fallax deducat femina grata

Plaut. Trin. Act. 2. scen. 7. n. 16

Cum seculum laribus sordent, qui in claustris fulgent.

Ait Aristophanes in *Aves*, Act. 5. à v. 211.

Infantium est, alas habere, & dolo accipis flare, maxime in facris, ubi discrimen virtutis, iacta rete ante oculos pennatorum, in status nobilissimi ludibrium: siquidem oscitantia videntur flodidi, infani, furiosi; qui sancti in facris plaudantur & magni: ingerit status erga mundana fastidium; deinde venit diabolus & tollit de corde ipsorum. *Sine plumbo* (ait Cæsar Bulenger. 2. de *Pisur.* cap. 5.) *nullam metallum in vitrum transire potest.* In vitro fragilitas, in plumbo fragiditas signatur, ut periculum casus à Monachis declinetur: siquidem quod solidum status consideratione, firmam perfectionis virtutei accepta à corde frigiditate, transit inausulte in fragilitatem vitri. *Quæ aurea, auræ; quæ argentea, argentea* visa vel in templi sacri excidio: potius videri debent, dum in pectore ex cordibus templi Dei formatur edificatio; ut eorum rutilent momenta, quæ semper sunt æstimata pretiosa: verum cum frigiditate pectoris ex remissa flamma cordis, pereant momenta pretiositatis: argentum purum ob candorem, nitorem & gratiam, conversum est in scoriam: aurumque in fragile vitrum; quippe non aurum, sed plumbum.

2 De civitate Dei novâ, quæ longè à seculo in mundo, qua de causa dicitur descendisse de celo; inquit Ioannes: *Ipsa verò civitas aurum mundum, simile vitro mundo.* Vitrum & aurum! Haudquaquam: vitri aurum sequitur formam. *Aurum* (ait) *simile vitro.* In splendore, vel fragilitate? Si civitas Dei in Monasterijs sedet; patet, unde aurum vitro infeliciter simile: equidem tendit in casum fragilitatis, ex defectu splendoris perfectionis. Huius splendor virtutem firmat, firmitatem consolidat: equidem si bonum agit, & non perficitur; aurum ut vitrum leviter frangitur. In civitate Dei, non in seculo similis conversio fit. Lamentabile profectò, ita in civitate Dei: igitur fragilitas perfectionis opprobrium; ibi ubi vitrum solidatur, ut aurum. Huiusmodi in civitate fragilitas humana non excusat, sed accusat. Vitro, uti diximus *Tom. I. T. 1. D. 10. v. 8.* significatur humana natura, & auro natura Angelica; quin fragilitas excussit, quem fragilen caro reddit: quandoquidem hic homines in carnis conditione, debent conversari ut Angeli. Translati sumus professione non solum de morte ad vitam, sed eadem conditione in aliam naturæ formam, conformes facti imaginis filij Dei per gratiæ pius; qua nos vocavit in sortem ministerij huius, ut portantes etiam imaginem terreni hominis, portemus etiam imaginem cœlestis: in

Iul. Cæf. Buleng.

4. Reg. 15. 15.

Tenavè per fectiois aurum mutatur in vitrum.

Apoc. 21. 12.

Et languet, quod prius splenduit.

civitateque Dei in vitrum transit aut pretiositas, dum viget pretiosi status frigiditas; quia sedet homo in perfectione imperfectus; qui debet vivere professione tanquam Angelus. *In Religione bonus esse non videtur, qui melior fieri non studet:* ait Novarin. *Umbr. Virgin.* Excurs. 98. n. 898. Confirmat propositum Tautologia principalis. De Saba Regina dicitur, quod inter munera, optique magnificas, dederit Salomoni gemmas pretiosas. Pretiosæ signantur, ut gemmæ observentur sine pretio; dum Monachi desunt ab inilitato, quod rationalibus gemmis indit mirabiliter momenta pretiositatis: & non tantum dicit gemmas, sed pretiosas; quippe vita Monachorum si non pretiosa, non gemma. Gemma fit Monachus à quærente bonas margaritas, dum recedenti à seculo hæret Religionis bonitas: pretium verò, dum propter anime utilitatem, Monachus propensè tendit in perfectionem, à qua momenta pendunt, ut pretiosæ gemmæ rutilent: gemmæque Monachis præfigitur pretiositas in status perfectione; quia gemma sine pretio nullius momenti.

3 Picta fuit imago Fortunæ singulari modo, qui congruus nostro inilitato. *Symba suam fortunam effinxerunt sine pedibus* (inquit Chartar. de *Deor. imagin.* à fol. 317.) *sed manibus alatis.* Nonnulli vitream effecerunt: Romani auream habebant. Sine pedibus stare nequit: cum alis volare valet. Caderet sanè felicitas, si stare cuperet, non habens plantas, ut conflet periculum Monachorum, qui feliciter vocati in perfectionis statum: igitur si perfectio tunc exacta, dum ex bonis anima procedit in ulteriora; videat Monachus periculum: igitur vel volandum, vel cadendum. Nunquam in eodem statu permanere potest. Dum cupit stare roit & non permanet, ubi permanere saragis quia spectiositas inilitati coneritur, & splendens in felicitate frangitur: quandoquidem fortuna ex pallore auri, leviter volat in fragilitatem vitri; non solum ut species formæ splendide corrumpatur, sed necessario lapsa tora forma deformetur. Pende: materia vitri habetur præ pedibus, quin æstimet animus. Ex forma pendet in splendore æstimatio: cui iurè comparatur in Monachis inilitati perfectio; quoniam si in professâ virtute non proceditur ultra, in Monacho non est forma: fortuna enim quæ pretiosa tanquam aurum, sic & sic, ubi non plus, videntur splendens vitrum, quod facile frangitur, & fractum sine ulla pretiositate despicitur. Tunc ex fortunæ imagine, infelicitatis præ se fertur insigne: igitur si stando cadit, &

Novarin.

3. Reg. 10. 10.

Vita Monachorum, si non pretiosa, non gemma.

Chartar. Fortunam nitas vitrea & aurea.

In statu religioso vel volandum, vel cadendum.

quiete roit; quomodo stabit, quæ stando stare non potest? *Inchoât à bona minime consummans* (inquit Gregor. Magn. 3. *Pastoral.* cap. 1. *Admonit.* 35.) *dum propofita non perficiunt, ea que fuerant cœpta convellant.* Si quod videbatur gerendum, sollicitè intentione non crescit; etiam quod bonè fuerat gestum, decrevit. In hoc quippe modo humana anima quasi more navis est, contra icum fluminis condescendentis: uno in loco nequaquam stare permittitur; quia ad ima relabitur, ni ad summa conetur. Si ergo operata bona fortis operantis manus ad perfectionem non suolevat; ipsa operandi remissio contra hoc quod operatum est, pugnat. Quid facta, si non perfecta? Faciendo anima volat: sine perfectione declinat: & necesse volare, vel precipitem ire. Non est medium: vel sursum vel deorsum.

Greg. Mag.

Deut. 28. 13

Vel supra, vel infra.

Cur confertur Individuibus?

Baruch 2. 5.

— *Culmen tamen altior huius Unda tegit, pressaque latent sub gurgite turres.* *Ovid. 1. Art. fab. 7.* *Omnia pontus erant: deorant quoque littora ponto.* Quindecim cubicis altior fuit aqua super montes, sub universo celo excellioribus operis. Transactis centum quinquaginta diebus, *Aquæ cœperunt minui.* Grave argumentum est in huiusmodi sententiam: equidem de aquis obtinentibus orbem per centum quinquaginta dies, dicitur v. r. *Imminutæ sunt aquæ.* Quomodo antequam minuerentur imminutæ sunt aquæ, si post illud tempus signatum cœperunt minui? Ultra non processerunt post dies quadraginta; sed steterunt, quin procederent in altiora. *Claustra sunt fontes abyssi, & cataracta cœli, & prohibite sunt pluvia.* En theatrum Monachi, cuius anima tanquam Arca elevatur in sublime, de celo gratiarum pluvia; ut homo qui foris est lachrymis demergatur, & simul purificetur. Magis sursum attollitur, quò pluvia augetur. Cessat, & stant aquæ: & stantes dicuntur diminutæ; quippe cum ius sit instituti ratione, in superiora tendere, si non ultra procedant, proculdubio diminuantur. Carpit Seneca desides, ut evigilet recta considerationis. *Ex hac deploratione nascitur* (inquit Epist. 74.) *ut ingrati divinorum interpretes simus: querimus, quòd non semper, & quòd pauca nobis, & incerta & abitura contingant. Inde est, quòd nec vivere, nec mori volumus. Nutat omne consilium: nec implere nos ulla felicitas potest.* *Senec.* *Volumus vivere, & mori nolumus; quippe divites animus ingredientium duabus vijs, quæ principatur opposita duplex lex: una, qua ascendimus in celos; alia, qua descendimus usque ad abyssos, tabescens anima, volente necere extrema: sic stamus, & perimus: igitur cum statio sicine sit status diminutus; iacemus infeliciter deorsum, quippequam nolumus procedere sursum. Ut vivere possimus, mori pravis cupiditatibus debemus: quapropter nolumus vivere, quippe sic nolumus mori; sed manere sine morte & sine vita; ro infra & cogitatione supra, quin nos implere possit ulla felicitas, quoniam nutat consilium in varias fœmitas; fallentes nosmetipsos iudicio virtutis, sine augmento perfectionis: igitur cum deorsum relabatur, qui sursum ascendendo non erigitur aque gratiæ diminuuntur, dum in celum tempore ac tempore non augentur. Sic esse, profectò est minui: quippe nil ultra, sic esse; sed fovere torporem, debilitare virtutem: quandoquidem desuper pluvia gratiarum deorsum*

Ovid. 1. Art. fab. 7.

Genes. 8. 3.

Verf. 2.

Non crescit res, minui.

Senec.

4 *Eris supra, & non subter, si tamen audieris mandata Domini, & custodieris & feceris:* dicit Moyses populo Israël. Perfectionem in operibus bonis designari, per tō *Audire, custodire, & facere,* diximus, *T. 4. T. 2. à n. 12.* Modò pendendum est, quare si medium interesse quod inter statum inum & supremam, ad gloriam & ignominiam observantium, vel omittentium legis perfectionem; dantaxat signat locum inferiorem, vel in plaufum dignitatis altitudinem? Nec infra, nec supra potest esse, qui studet propositi perfectioni. Datur medium: profectò nullum, ut sciat Monachus modum in perfectionem itatus; cum iuris sit ire de virtute in virtutem, & aspirare in virtutis perfectionem. Status Monachalis est instar *Individuibilis:* vel totum eius, vel nihil attingitur, dum attingitur: diciturque vel infra vel supra, etiam lege observata, & custodito iure, exule observantia perfectione; quippequam profectò cadit, si perfectioni obstrictus in ulteriori non procedit. Aliqua ex omissione exactionis correctâ, populi captivitate per Babylonios immisâ; dicitque Propheta: *Facti sumus subtilis: & non supra.* Non signatur medium, etsi medium sit; quippe medium subtilis est. Vel infra vel supra standum: & cum infra sit, quòd cogitatur medium; quia non supra iacet infra: igitur subtilis cadit, qui superius non ascendit. Vel sursum vel deorsum. Haud inter terram & cœlum, diviso corde, impletâ & simul transgressa lege: etenim in medio procombuit infra, qui debet pro perfectione ascendere in superiora.

5 Vitus est orbis naufragus, postque suffocatus, atque fluctibus sepultus. Nihil erat, nisi pontus & æther. *Tamque mare & tellus nullum discrimen habebant.*

— *Culmen tamen altior huius Unda tegit, pressaque latent sub gurgite turres.* *Ovid. 1. Art. fab. 7.* *Omnia pontus erant: deorant quoque littora ponto.* Quindecim cubicis altior fuit aqua super montes, sub universo celo excellioribus operis. Transactis centum quinquaginta diebus, *Aquæ cœperunt minui.* Grave argumentum est in huiusmodi sententiam: equidem de aquis obtinentibus orbem per centum quinquaginta dies, dicitur v. r. *Imminutæ sunt aquæ.* Quomodo antequam minuerentur imminutæ sunt aquæ, si post illud tempus signatum cœperunt minui? Ultra non processerunt post dies quadraginta; sed steterunt, quin procederent in altiora. *Claustra sunt fontes abyssi, & cataracta cœli, & prohibite sunt pluvia.* En theatrum Monachi, cuius anima tanquam Arca elevatur in sublime, de celo gratiarum pluvia; ut homo qui foris est lachrymis demergatur, & simul purificetur. Magis sursum attollitur, quò pluvia augetur. Cessat, & stant aquæ: & stantes dicuntur diminutæ; quippe cum ius sit instituti ratione, in superiora tendere, si non ultra procedant, proculdubio diminuantur. Carpit Seneca desides, ut evigilet recta considerationis. *Ex hac deploratione nascitur* (inquit Epist. 74.) *ut ingrati divinorum interpretes simus: querimus, quòd non semper, & quòd pauca nobis, & incerta & abitura contingant. Inde est, quòd nec vivere, nec mori volumus. Nutat omne consilium: nec implere nos ulla felicitas potest.* *Senec.* *Volumus vivere, & mori nolumus; quippe divites animus ingredientium duabus vijs, quæ principatur opposita duplex lex: una, qua ascendimus in celos; alia, qua descendimus usque ad abyssos, tabescens anima, volente necere extrema: sic stamus, & perimus: igitur cum statio sicine sit status diminutus; iacemus infeliciter deorsum, quippequam nolumus procedere sursum. Ut vivere possimus, mori pravis cupiditatibus debemus: quapropter nolumus vivere, quippe sic nolumus mori; sed manere sine morte & sine vita; ro infra & cogitatione supra, quin nos implere possit ulla felicitas, quoniam nutat consilium in varias fœmitas; fallentes nosmetipsos iudicio virtutis, sine augmento perfectionis: igitur cum deorsum relabatur, qui sursum ascendendo non erigitur aque gratiæ diminuuntur, dum in celum tempore ac tempore non augentur. Sic esse, profectò est minui: quippe nil ultra, sic esse; sed fovere torporem, debilitare virtutem: quandoquidem desuper pluvia gratiarum deorsum*

sum prohibetur, & cælum undique clauditur.

6. Deplorandus huiusmodi status, quo ingrati divinatorum interpretes sumus: igitur quæ vocatur tantâ incertantia perfectio, est virtutis diminutio. Audiendus Bernardus de Divers. serm. 27. n. 5. Va (inquit) generatio huius miseræ imperfectione sua, cui sufficere videtur insufficientia, imò inopia tanta. Quis ad perfectionem aspirare videtur? Non sine causa cùm sint nobis eadem cum patribus converfionis initia; dispar valde converfationis profectus invenitur: adeo ut cùm eos profectis de die in diem, & cursum consummasse legamus; apud nos magnus estimaretur, si quis vel ipsa converfionis sue primordia conservaret, ut non minus in medio, quàm in initio videretur. Quantos enim videmus, quasi obitos sui, & peccatorum suorum, Dei quoque & beneficiorum eius immemores, sic non redimere tempus, sed amittere; ut de moribus & affectionibus suis vix ultima apud ipsos mentio fiat. Quid istos aliud agere dixerim, qui scurrilitates, detractionis, iactantia & impatientia verba non reputant. Quasi gens que fecerit iustitiam, accedunt libere ad Ecclesiam, psallunt, sed non spiritu neque mente, orationis tempore nescio quas ineptias meditantur. Quid istos aliud agere dixerim, quàm securitam de gratia Domini sui, fiducialiter de ea, quàm longo tempore promeruerint, familiaritate profumere? Magna fiunt. Transeat: at ita tanto tempore transis, in alia pedem non moves, & motu non proficicentis, quippe sub eodem non proficis. In circuitu impij ambulat. Iam reputaris impius, quoniam in circulo gressus. Circulus perfectionis signum est, quia imitatur coronam. Vide Pier. Valerian. lib. 39. cap. 10. Cur igitur nota insignitur peccatoris, ubi in circuitu perfectionis constituitur trames? Non est trames, quo in cælum tendit perfectionis cogitatio; sed capitis molestissima vertigo. Qui in circuitu ambulat, ut asinus in pitrino, seu antia, profectò graditur, sed non progreditur. Semper eadem, quin ambulando ambulet ultra. Iterat iterata: & quantumvis Monachus iniuncta observet officia; meritò vocatur impius, quia in circuitu perfectionis, etiam in motu non procedit ulterius. Prætereà. Qui in circuitu gressus dirigit non rectè procedit; igitur proficiscendo ita proficic, quasi nunquam ambularet. Ambulat in lassitudinem & attonitus gyris nunquam in utilitate. Quare cùm ex cursu Monachum profectio sequatur: utilitas huiusmodi iter iurè vocatur impietas, quia deficit

Bernard.
Negligentia in qua impellit vitia

Psal. 11. 9.

Monachus pravus, ni profectus.

reditudo, unde itineris perfectio: quandoquidem rectè in professione ambulando (modò non proficiat professione) nequaquam ambulat rectè.

Perge modò, & quæ te ducit via dirige gressus.

Igitur ni ambulando, ultra progrediatis in virtutem; non gressus in directionem.

7. In via mandatorum non congruit gressus sed cursus; ut rectè procedat Monachus. Quid si in via mandatorum sedet, dum grandis restat via, & currere valet? Cæcus sedebat secus viam mendicans. Siccine Monachus in circuitu ambulans. Exultationem haberet, si via non esset, virtutisque gradientes dicunt inopiam, quia sedebat secus viam. Qui præbant, iuxta viam sedentem increpabant. Ut possit videre, cum eis quibus ambulare: iureque increpatur, dum iter ab alijs teritur; quia cæcus sedebat confidenter in semita, ubi non cæci procedebat ultra, Cæcus. Non aliter Monachus. Cui videtur sufficiens, esse ubi Christus, illum invocare, clementiam petere, & Dominum recognoscere. Christus gradens in ulteriora invitabat, ceterum cæcus sedebat. Quid mirum, quòd non videret; si itinere, quæ Christus ibat, staret? Summa sanè cæcitas, sic federe; quasi sic possit cæcus Christum aspiceret. Via quæ ducimur ad Christum, est Monasterium. Ibi anima sedet à tumultu mundi, ut possit processu pervenire ad sedem cæli. Sedes hæcine datur cursoribus, ut in via valeant ponere gressus suos. Qui in itinere sedet, pervenire non valet; quippe premium non consequitur, qui non sequitur. Fervore illo primo (si non evanuit) qui debet curere, quiescit; quin ulterius progrediatur, dum à mundo removetur, sibi que complacet, modò graviter non peccet, fovendo ex negligentia affectiones, atque desidia decolorando virtutes; quàm gratia habita debeat progredi in ampliora: dicens sibi; *Dives sum & locupletatus, & nullius ego; & nescit, quia est miser & miserabilis & pauper & cæcus & nudus.* Bonum est hic esse, sed non bonum esse sic: quapropter cæcus dicitur & mendicans, secus viam in ulteriora non ambulans; quoniam si veniendo non pervenit, pauper eget, miserarer, miserabilis decrefcit, nudus iacet, cæcus omninò, modò federit, quia sedet.

Via quæ ducimur ad Christum, est Monasterium. Ibi anima sedet à tumultu mundi, ut possit processu pervenire ad sedem cæli.

Sedes hæcine datur cursoribus, ut in via valeant ponere gressus suos. Qui in itinere sedet, pervenire non valet; quippe premium non consequitur, qui non sequitur. Fervore illo primo (si non evanuit) qui debet curere, quiescit; quin ulterius progrediatur, dum à mundo removetur, sibi que complacet, modò graviter non peccet, fovendo ex negligentia affectiones, atque desidia decolorando virtutes; quàm gratia habita debeat progredi in ampliora: dicens sibi; *Dives sum & locupletatus, & nullius ego; & nescit, quia est miser & miserabilis & pauper & cæcus & nudus.* Bonum est hic esse, sed non bonum esse sic: quapropter cæcus dicitur & mendicans, secus viam in ulteriora non ambulans; quoniam si veniendo non pervenit, pauper eget, miserarer, miserabilis decrefcit, nudus iacet, cæcus omninò, modò federit, quia sedet.

Nihil in melius tot rerum profectus usu.

8. Fax datur in delicationem plurium sacrorum testimoniorum, quæ primo oculorum iactu fugiunt sensum. In via, per quam ambulo. Genes. 28. 20. In via ambulans. Eccles. 10. 3. Exiites ibant. Psalm. 125. 6. & sic

Mantuan: ubi supr.

Luc. 18. 35

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Apoç. 3. 173
Quid quid non perueniat

Iuven. Sat. 13. v. 174

sic alia, de quibus literaliter egimus, Tom. 5. Tautolog. 2. à n. 25. Inter illa est textus Baruch; dicens Israeli: *Ambula per viam ad splendorem eius contra lumen eius.* Quorsum ergo via, nisi ut gressus dirigantur in ea? Aliquid latet dignum consideratione, ut furgent diligenti vigilantia, quæ ad gressus fedent in via. Via dicitur in vitam, via perfectionis religiosi instituti (igitur qui non in via, sed secus viam, uti sunt faculares, mendici & cæci) iter enim in sæculo non dicitur iter; quia erroribus tendit in præcipitium, nec est iter iter devium. Via est status religionis exitu æternæ felicitatis. Via est, ut per illam ambulantes procedant in ulteriora, quippequam sine fine semper est ultra; stantibusque in via indicitur creber processus; sine quo Monachus in Religione non Monachus: igitur parùm interest, in via ad iter agendum esse, ni contingat ambulare. Ambulatio rectè proprie est tendere in non habitata, motu de locis in loca, dum locus ultra; & conversantibus in via legis, itinere Religionis commendat processio; ut cognoscatur in Religione Religio: quandoquidem nihili perfectionem Religionem profiteri, & in perfectionis via ulterius non ambulare. Dicit textus. *Ambula per viam ad splendorem eius.* Sine profectu non est ambulatio: sine ambulatio nulla in via perfectionis perfectio; quoniam perfecta Monachi vita, ex bonis est in ampliora procedere bona: splendorque notatur in processu per viam; ut consequatur professionis gloriam: etenim in bonis si fedet quietè, Monachus sine splendore.

Baruch. 4.

Sine profectu in itinere, Monachus sine splendore.

S. Bened.

Propert. 11. Eleg. 30. v. 14. Ibid.

Illius vita non profectus, ubi aliquid ultra.

ut anima nanciscatur perfectionem: at si sedes in itinere, lumen ipsum opponitur splendori: quippequam actis non proficic, qui in agenda non procedit. Ad rem Seneca. *Multa bona nostra nocent nobis:* inquit Epist. 5. Bona sunt, quæ à Monachis acta, sed nocent bona; si non proceditur ultra: equidem dum agenda omittuntur à desidiis, tandem tandem perit Monachus.

Senec.

10. Sirenes cantabant intuitu perditionis navigantium, muscæ occultes propositum.

Sirenum dalcis cantus, quarum exitis illis

Nat. Com.

Dira lues nautis.

Natal. Comes succin. 7. *Mytholog. cap. 13.* Conatus erat prætereuntes suffocare, quo perfide potiebantur retentione: igitur eorum mors proxima, qui subsistebant in via. *Monstra maris Sirenes erant, quæ voce canorâ*

Ovid.

Quaslibet admittas detinere naves.

Infit Ovid. 3. de Art. v. 311. Navigantes detinebant, retinebant, suffocabant, specie quietis; præparantes in vocibus vasa mortis: equidem pergentibus mori, ultra & ultra itinere non procedere. Nunquam impetè diabolus in Monachos vaser insurgit: sensim iacturam ac perditionem disponit; ita ut frigescat flamma cœlestium concepta, media Sirene desidia, & status confidentia, quasi satis in salutem, esse in via, quin affectus in meliora moveat pedem. Eiusmodi cogitationes cordis, *Sirenes sunt in delabris voluptatis.* Sirenes? Aprè. In mari magno vitæ navigant Monachi, velis & remis in patriam tendentes, cnius iam in conversatione cives: diabolique conatus varijs desidia vocibus intendit, ita manere; ut possint paulatim affectus suffocari, anima que levi morâ perire: etenim ultra non progredi, profectò vitâ privari. Non ita incumberet, ut sederent navigantes, ni expectaret ex mola effectus relaxationis: etenim cùm nunquam pergere, sit munus in perfectionem Monachi; securè suffocet, modò aliquando aliquatenus subsistat. Illa enim morâ, non proceditur ultra: posteqe cogitat capere; modò obtineat Monachum pro perfectione federe: etenim proculdubio perditio indeclinabilis est, si navigantes, manentes in litore apprehendant mors. Iam igitur iter illis videtur gravis, quod elegerunt in viam, quæ pervenirent in patriam: sed proprij falsâ dulcedine amoris, cantant Sirenes in delabris voluptatis. Hinc provenit veri amoris flammæ extinctio & usque in voluptatem Monachorum relaxatio. Dicemus

Diaboliterra Monachorum officium in-Bar Sirenum

Gal. 13. 12.

non obiter Tautolog. 5. Didasc. I. 11 Hi fugiunt Solem, cuius absentia tepent, posteaque frigent; quin in via deprenti cognoscant perditionem, quoniam propriam consuetudine ignorant frigiditatem, cupientes illuminati, minime accedentes luci. Cupiunt talenta non in negotiatione, sed in divitiarum laudem: unde cum nihil aliud, quam creditum, infelices deponent in ararium; nullam rationem reddunt in negotiationis fidem, ubi de talentis creditis reddunt Domino rationem. Quia reliquerunt mundum, videtur habere caelum. Falluntur: restat in via sese vincere, quia inimici hominis sunt appetitus domesticus. Restat vincere continuo hostes proficientes ex insidijs, & in assaultum effrontes; quin pro victoria satis, vincere semel. In ludis Iunonis Argivae figebatur clypeus: qui cum avelleret, Victor ibat. At in his ludis qui semel vicit, & iterum descendit ad certamen; nisi iterum vincat, saepe descendit. Ita Meursius in Graec. foriat. lib. 3. ex Hygino, sub. 273. Quid quod Monachus semel laicali oblivione vincat, si sequenti certamine labat, & cadit, vel ruit? Nulla prior parta vel sudore victoria, victoris captivitate secuta. Qui semel vicit, nisi iterum vincat, descendit: equidem cum ex conflictu victor debeat procedere in ulteriora; quia non processit, est prima victoria victa, & ad nuntium hostium, vivit inter ridentes uti mancipium. In huiusmodi ludis clypeus (ait idem ibid.) accipitur pro corona. Securè tunc in ulteriora victor procedebat certamina, & in nobile trophaum, quippe ad hostium incursum habebat clypeum. Debilitatur, qui semel vincit, & quia victor sedet: equidem cum quiescendo amittat vires, quae augentur exercitio certaminis; qui semel victor, cadit, ni vincat iterum; ut statuat ex conflictibus trophaum; alioquin sine exercitio patet ruina ex prima obtenta confidentia victoria. Exiit vincens ut vinceret: dicit Ioannes. Haud sibi placuit de prima victoria, dum alia urgebat certamina. Ne caderet, qui vicit, iterum vicit: & ut vinceret exiit vincens iterum in arenam docens Monachos, quomodo ex certamine debeant arripere palmam, procedendo in ulteriora: etenim si plura victa, restabant alia vincenda. Vincens ut vinceret. Non, ut decertaret? Uti que, sed pro certamine designatur victoria; quia ultra pugnans processit temper ex victoria prima.

12 Causam tanti precipitij designat Seneca. Tam bonorum, quam malorum longa conversatio amorem inducit. Haec animi inter utrumque dubij (in sic, de Tranquill.

cap. 1.) nec ad recta fortiter, nec ad prava vergentes, infirmitas est. Vid. in Lit. exposit. n. 41. infirmitas est, quae Monachorum grassatur in cor, ut repente pereant; dum animum dubium inter utrumque iactant, quin fugiant argentia in consensum prava, nec fortiter velint recta: equidem mala consentientes non sentiunt; quia bonorum pavorem obliviscuntur. Nulla regula approbati (inquit Monachorum Legier d. cap. 1.) sicut aurum fornacis; sed in plumbi natura molli, adhuc operibus servantes saeculo fidem. Sic dicit de pravis; & qui non pravi occitantia sic amulantur pravitate conditionis: igitur cum desides laceant frigiditate plumbum; sibi videtur effulgere tanquam aurum. Malum quod ita sunt; sed peius, quod permanentes in imperfectione summa, ita decipiat cogitationis fallacia; ut fatue cogitent sibi, esse in summa perfectione. Rationem erroris promittit D. Thomas, 1. p. q. 50. ar. 1. ad 1. Meadum autem (ait) comparatum ad unum extremum, videtur alterum extremum; sicut tepidum comparatum calido videtur frigidum. In nullo alio claret magis frigiditas peccatoris; quam in fatuitate cogitatae perfectionis: igitur ni essent in exercitijs ignavia frigidi, sibi viderentur tepidi: vocant enim ardentem peccatoris flammam, continuum in ministerio frigiditatis desiderium. De Cauda Draconis Constellatione nota, ut in Prologo Ephemer. §. 4. n. 11. diximus ex Claud. Dario introduction. in Astrolog. cap. 2. asserunt Astronomi, cum bonis Planetis malam esse, cum malis Planetis bonam: ita ut boni bonitatem, & mali malitiam minuant. Converterit cor Monachorum inertium pingui socordia in Cauda Draconis influxum. Cum bonis & perfectis mali sunt: cum pravis & malignis videntur boni. Pravi sunt seculares: benevoli Planetæ, Monachi, vita & spiritus ferventes: & draco antiquus in peccatis ingerit praefatam constellationem; ut foveant quasi fervorem frigiditatem: quandoquidem boni arbitrantur esse (dum florent perfecti, bonique Monachi) in vita languida, vacuè status perfectionum; cum non ideo praestent bona, quoniam bona respectu dissolutionis saecularium. Ut decipiantur & in barathrum pravorum, non perfectorum spectant extremum. Perfectus erit Monachus, si perfectionis attingit culmen; quippe non bonitas peius esse meliorem.

— Ignavis precibus fortuna repugnat.

13 Monachi boni, & qui inertia sensum suum pravi, describuntur graphice in statua phantasiae Nabuchi. Statua illa magna, & statua sublimis. Huius statuae caput ex-

Iacturam non cognoscit, nec cui feruit.

S. Bened.

D. Thom. Monacho re. pido letalis confidentia perfectionis.

Cur similis influxui Caudae Draconis.

Ovid. 8. Metam. fab. 1.

14 De Maximino in Imperio non Principe sed tyranno, inquit Iul. Capitolin. in eo: Cum eum quidam tribuni reprehenderent: Quid tantum laboras? Quid, cum eius loci iam sis, ut ducatum possis accipere? Dixisse fertur: Ego vero quò maior fuero, tantò plus laborabo. Pudeat exercuisse sine legibus ethenicum, & fugere Monachum; dum illum urgebat gloria futilis, humana, & Monachum invitet aeterna caelestis gloria. De sacris in templo caelestis Veneris, accinit Theocritus Epigram. 11. Semper ipsi melius quotannis erat. Proh pudor! Noltris Monachis peius quottannis? Ministerium tuum imple? Sanè. Ministerium erit vacuum, modò non plenum. Impletur officium exactè, dum ad meliora quotidie, quo perficitur, & in summa summa felicitate.

Daniel. 2. 31.

Drag.

Ruit, quia in perfectio. ne descendit.

Capitol.

Ut perfectus sit, quò plus maior tantò plus.

Theocrit. 2. Tim. 4. 5.

15 auro optimo erat, peccus autem & brachia de argento: porrò venter & femora ex aere, tibia autem ferrea, pedum quaedam pars erat ferrea, quaedam autem fistilis. Hanc abscissus lapis de monte leviter tetigit, & caecata terens comminuit. Unde Drogo de Sacram. Dominic. pass. subdit: Iste iactans tuus Domine longè est à nobis. Vocati sumus in claustra, ut sequeremur potiora: profecti mores mutandos, de malis transeundo in bonos, de bonis in perfectos, de perfectis in summè pretiosos, uti in virtute summos, constante ascensione in valle lachrymarum, quia paulatim lutum conversum est in metallum, post in magis pretiosum, uti argentum, argentum in aurum; ita ut finis fulgeret in auro, cuius vita principium tantum ex luto. Hinc Monachus perfectus: quò magis ascendebar, magis pretiosus. Sic statui in exemplum debet, qui studet statui. Iste felicitatis iactus longe est à nobis; quia in conversione conversionis nec species. Cadimus, ruimus, percutimur, conterimur, & ad nihilum redigimur; quia conversio quæ in auro principium sumpsit, in luto miserè desinit. Vid. Tautolog. 6. n. 25. Unde ergo precipitium ex alto culmine? Ex quiete. Sat erigi videtur, ut Monachus stet, stare sic; & stando non stat. Non movetur, ut ascendat in pretiosiora, quæ verè ascendat; sed degener in deteriora, ut percutiatur & cadat: unde totius erectionis miserabilis ruina; quia ad superiora sistit tanquam statua. Huiusmodi incogitantia perdit, quicquid observantia construit: igitur qui in claustris fulgere quibant ut aurum; quia in claustris sensum convertuntur in lutum. Vividius vernacule: Lo que es oro, para en hierro, y tanto hierro le reduce à polvo.

16 Qui vacui dotibus; frequenter inquirunt in dignitatibus; à quibus concipiunt meritorum celsitudinem, cum ex se nullum habeant splendorem. Pravalent dotibus Fortuna leges: ut ait Manil. 1. Astron. cap. 1. v. 57. etenim rutilant homunciones, Falso in honore gigantes. Hæcine cogitatio stolidia, in studio infano olim staroarum expressa; quæ ex ambitu non solum arroganter congesterunt Prisci metalla, sed exquisierunt pretiosa. Effigies colunt (inquit Plin. lib. 35. cap. 2.) ipsi bonorem non nisi ex pretio ducentes. Adeo materiam malant conspici omnes, quam se nosse. Hinc amentia: ex materia tantum honoris videtur statua, ex materia sumpto pretio, non ex merito pretioso, insularum apparentia, qua inaurata simulacra; cum viles exstant, licet supra caelos sedeat. Illorum ambitus, ut inquit Senec. Epist. 68. relictò uno angulo, in maiora atque ampliora transit, & vel celo impositus, intellegit cum sellam aut tribunal ascenderat, quam humili loco sederat. Non est dignitatis commendatio, si confertur à fortuna furere aut morbo: nec in erectione statue practiofitas meriti, duntaxat ex erectione. Crocodilus semper crescit, verum semper Crocodilus, videtis Plin. lib. 8. cap. 25. & Pier. Valer.

Tom. VI.

dine tenditur; ne in præceptis rotat, qui in superiora ascendendo non volat: commendaturque à Paulo officij in credito ministerio plenitudo; quia nequaquam perfectio, si non ex toto. Ex conversione in Monachis concipitur pedetentim ignavia, ac ex huius ignorantia vanissima confidentia. Videtur illis satis, obstrictis studio perfectionis, semel cepta quasi in circuitu facere, & non perficere, nec in summum provehere; quin laborent, quò maiores, meliores fieri: Paulusque iubet, non observari tantum, sed impleri ministerium; ut Monachus discat implere Monachi officium: equidem si quotidie in superiora vigil non proficiscitur; ministerium ex parte minutim observatur, sed non impletur. Si regnat inter nos detestabilis ignavia (ut ait vel Ethnicus 1. Carn. Od. 3; v. 38.)

Cælum ipsum petimus stultitia. Horat. DIDASCALIA IV. Honoris decus gravissimum onus.

Qui vacui dotibus; frequenter inquirunt in dignitatibus; à quibus concipiunt meritorum celsitudinem, cum ex se nullum habeant splendorem. Pravalent dotibus Fortuna leges: ut ait Manil. 1. Astron. cap. 1. v. 57. etenim rutilant homunciones,

Falso in honore gigantes. Hæcine cogitatio stolidia, in studio infano olim staroarum expressa; quæ ex ambitu non solum arroganter congesterunt Prisci metalla, sed exquisierunt pretiosa. Effigies colunt (inquit Plin. lib. 35. cap. 2.) ipsi bonorem non nisi ex pretio ducentes. Adeo materiam malant conspici omnes, quam se nosse. Hinc amentia: ex materia tantum honoris videtur statua, ex materia sumpto pretio, non ex merito pretioso, insularum apparentia, qua inaurata simulacra; cum viles exstant, licet supra caelos sedeat. Illorum ambitus, ut inquit Senec. Epist. 68. relictò uno angulo, in maiora atque ampliora transit, & vel celo impositus, intellegit cum sellam aut tribunal ascenderat, quam humili loco sederat. Non est dignitatis commendatio, si confertur à fortuna furere aut morbo: nec in erectione statue practiofitas meriti, duntaxat ex erectione. Crocodilus semper crescit, verum semper Crocodilus, videtis Plin. lib. 8. cap. 25. & Pier. Valer.

Tom. VI.

Non perfectio, modò non sit perfectionis plenitudo.

Horat.

Ovid. 5. Metam. fab. 5.

Plin.

Indotatis de decur; gloria culminis.

Senec.

Tom. VI.

ler. lib. 29. cap. 11. Aptè Emblem. 45. Florentius.

Quoquos ex humili salire cernis Ad fastigia dignitatis alte, Crocodilo habeas pares, ab ovo Qui crescit minimo brevi stupendus. Parte hac dissimiles tamen videbis: Quòd hic perpetuo augeatur, illi In summo postiti ruunt ad imum.

Florent.

Quod mani- fessa inepti- tudo.

Ex materia dum effigies colunt, malunt asti- mari, quàm se nosse; qui plerunq; noti im- probitate, & ambitionis pruriginè; quin in illis honor cognoscatur honos, sed turpe de- decus: equidem sollicitant irrequieti digni- tatum maiestatem, ut deauratam demon- strant ineptitudinem.

2 Hos muros continuo arietant, quo- usque in foveam cadant: igitur qui in pro- na, aclivia superantes, propensi; dum inci- piunt cadere, casus finis est iacuisse. Milites (inquit Plutarch. in Marc. Anton.) inci- derunt in quandam herbam, quæ manduca- ta insaniam, & ex ea mortem afferebat. Qui edisset eam, nullius rei recordabatur, nihil agnoscebat: verum hoc agebat, ut (tanquam magnopere seriam aliquam rem agens) omnem lapidem moveret: oppleri erant campi eorum qui bumi proclives, saxa effoderent & trans- ferrent: ad extremam bilem vomentes, mor- ribantur. Poena Sisyphi iam non ficta (uti videbimus Tautolog. 6. D. 2. n. 2.) & celeb- ris furoris quia in inferno excogitatus huius- modi labor. Sufficeret ambitiosis in respici- entiam, videre in alijs dementem vecordi- am, ne facerent, ac prudentibus nego- tium facerent. Verum titillat animus, prur- itque pectus; igitur vorantes phantasia con- ceptam gloriam, omnem lapidem movent utque in insaniam. Hispan. Pierden el juicio, no dexando piedra sin mover. Nullius rei re- cordantur, nihil agnoscent: nec se, dum sui philautum tantum studium: siquidem si aliqualem haberent mentem; satagerent van- num excusare laborem. Illis nec memoria poli, nec cognitio inferni, laborantes insaniam, quousque in mortem acerbam bilis mota: igitur nil faciunt lassati in via iniquitatis & perditionis, nisi in risum cunctorum movere lapides.

Plutarch.

Symbolum ambitionis.

Mantuan. Eclog. 5. v. 19. Bernard.

Splendoris dignitatis decus, undi- que pondus.

Cæca superbi pectoris ambitio. Quàm cæca offendit Bernard. de Convers. ad Cleric. cap. 8. n. 14. Amor (inquit) insa- tiabilis longè amplius desiderio torquet ani- mam, quam refrigeret usu suo: utpote ac- quisitio quidem laboris, possessio verò ti- moris, amissio plena doloris. Quod videtur splendoris decus, undique pondus: etenim dignitas ambita labor, possessa timor, amif-

sa dolor. De primo agemus loco cit. de ul- timo, Tautolog. 4. D. 2. modo de onere pos- sessæ dignitatis, cuius usus prudenti plenus timoris. Cui enim affectu satis fuit (inquit Se- nec. Epist. 118.) quod optanti nimium vi- debatur? Non est, ut existimant homines, avi- da felicitas, sed pusilla. Neminem satiat. Ideo ad honores fiunt ex honoribus gradus, ut gravioribus onus deponatur oneribus; oc- culto dementia pignore, patula stoliditate: equidem insigne impotis mentis, velle inced- ere celerius gravioribus vinculis. O doxa doxa (subdit Bernard. d. ex Boët. 3. de Con- sol. Philosoph. prof. 6.) nihil aliud, quàm au- rium insatiatio vana! Quam vana infelicitatem hæc ipsa non tam felix vanitas, quam vana felicitas parit! Pretiosus vesanus videtur fa- ctus onus & onus.

Senec.

Bernard.

Reg. 10.

Pacat.

Der. 20. 7. Gravis la- bor, digni- tatis splen- dor.

Pamph. Sax.

Senec.

Et timor, & dolor.

ma.

malo: igitur quæ videntur coloribus magna, ita dolosa, ut per honoris speciem, danta- xat tributum dignitatum gravamen in oppres- sionem.

Zach. 12. 3.

Pondus & pondus.

1. Reg. 9. 24.

Greg. Mag.

4 Ponam Ierusalem lapidem oneris: dicit Dominus per Zachariam. Quid lapis oneris? Amplioris in honorem dignitatis, insigne clarum felicissimæ fortis; quippe ex lapide pretioso omnis circuitus murorum eius: diciturque lapis oneris lapis pretiosus; ut constet angor, quod videtur splendor: quandoquidem pretium honoris cuius sa- tagit ambitus, nihil aliud nisi pondus & pon- dus. Hoc inuitu eligendo Sauli de industria armus apponitur victimæ. Quid in armò pectoris (inquit hic Greg. Magn.) nisi forti- tudo signatur actionis? Armus electo cuique; ut qui regnare nititur, crucifigatur. Hu- merus apponitur, ut fortitudo in electo fig- netur: etenim cum grave sit dignitatis fa- tigiolum; hamerum applicare est omnino necessarium: fatiscit, qui sine virtute tollit, quod onus portansem rumpit: igitur cum dignitas sit etiam validis gravame, propter illud curvantur, qui portant orbem. De in- dustria armus servatur electo, ut videat quor- sum in dignitatem assumptio: ut crucifiga- tur qui regnare nititur: equidem qui assu- mit in supremum honorem, pariter factus destinatur ad crucem. At hoc infra. Principatus sit super humerum. Unde Eliacim etiam super humerum imponitur regiminis clavis. Si clavis sceptrum, quomodo super hume- rum, spectans ad manum? Quia per clavem si- gnabatur dignitas, cui innata ponderis gravi- tas: & ad sustentaculum principatus fastigij, humeri sunt necessarij: aliàs dum pondus di- gnitatis assumitur; sine virtute electus usque ad ima curvabitur, vel onere conteretur.

Hieron. Cur dicitur lapis oneris?

5 Sic effulgens gloria muneris obji- citur lapis oneris, sicut olim aeneâ sphaerulâ probabantur & vires. Ut magnitudinem vi- rium demonstrantes (ait hic Hieronym.) pon- dus extollant. Senfus ergo est: Ponam Ieru- salem quasi gravissimam lapidem sublevan- dum: levabunt eam pro virium varietate; sed necesse est, ut dum levatur, in ipso ni- xu & elevatione ponderis, gravissimus la- pis scissuram aliquam in levantium corpo- ribus derelinquat. Hoc est pretium honoris? Remittitur sanè expertis, qui lapsis viribus cognoverunt pondus: verum nulla in ambi- tiosi respicientia, humerorum ac capitis in- sanabili fractura: equidem denuò lapidem amplectuntur, quanvis onere rumpantur. Si lapidem iacere sinceret, absque ullo damno degerent. Nullum lapis habet pondus, nisi fulineatur manibus. In elevatione stat peri-

culum: equidem munus eum in summum ponderosum; ubi ad dignitates elevantur gravamine conteruntur, luentes audacia di- gnissimas penas, dum ita avidè sollicitur auctoritas: quandoquidem qui dignitatem sine viribus assumit, thronus opprimet. La- pidem oneris. Cur non dicit onus lapidis? An lapis non gravis pondere? Utique, qui ful- get pretiositate. Sunt lapides, uti gemmæ, portatiles ad honorem: sunt lapides, uti fa- xa in humerorum gravamen: dignitatisque celsitudo non dicitur onus lapidis, sed lapis oneris: quia non deservit ad honorem hon- or, sed ad laborem honoris specie labor: siquidem sublimius honoris munus nihil habet præter pondus. Lapidem oneris, in quem qui impingit, alliditur: super quem ceciderit, confringetur; ut eluceant per vul- nera officia throni, vel ambiti vel non am- bitij; igitur si adveniens, molestissimum onus, quæsitus opus & vultus.

Pondus & vultus.

6 Malum Sauli in exitum omen, quod vel casu ivisset in dignitatem; & occur- reret supremis honos, dum quaereret as- nos.

Gaper tibi saloni & hedi. Ergo constitutus Rex in gloriam, pro sce- pro tenebat lanceam. Lanceam fuisse insi- gne Regum astruit Pier. Valer. lib. 42. cap. 23. & Causin. lib. 10. Symbol. 18. Virgil. 12. Aneid. v. 165. (Unde Chartar. in Lu- non. imagin. fol. 120.) accinit:

Virgil. Eclog. 7. v. 2. 1. Reg. 19. 9.

Bina manu lato crispans hastilia ferro. Inno quâ causa dicta Curitis, & Romulus Quirinus. Hasta gestamen tanta apud Ve- teres venerationis fuisse, ut loco diadematis pro insigni Regio haberetur: subdit Picius: patetque in lanceâ Romuli, fixâ terræ flore- scente.

Virgil. Pier. Valer.

Subitò vidit fronscere Romulus hastam. Ut accinit Ovid. 15. Metam. fab. 48. & nos in Ephemer. 3. Febr. hasta pro diademate? Principatus significatus insigne: equidem si in belli usum portatur, ut hostis lethali- ter vulneretur; gestamen nobile pili signum hostilitatis etiam in pace: quandoquidem ap- paratu magnifico intra palatium, acris graf- sator intellinum bellum. Augustus felicissi- mus habitus, ita ut Plinius lib. 7. cap. 45. audeat dicere: In Summa Deus est. At quid accidit huiusmodi Numinis? Ipse ibid. dicit: In Divo Augusto, quem universa mortali- tas in hac censura felicitatis nuncupat; si di- ligenter æstimetur cuncta, magna fortis hu- mana reperitur volumina: toties petita insidijs vita, incusata liberorum mortes, lu- busque non tantum orbitate tristes, consi- lia parricide palam facta: hinc uxoris &

Ovid. Aulus Regi- bus insidio- sa.

Plini

Tiberij cogitationes suprema eius cura. Ita fortuna maritus: Apud pro diademate pilum in aula tanquam in castris; quo Principes corruunt auratis insidijs: igitur plerumque plus periculi in insidiatore occulto, quam in hoste manifesto. Hasta non tam exprimitur in suos tyrannis, quam pericula regiminis: insignieque regni proponitur, ut maiestas dignoscatur per vulnera accepta, ferri & honoris officia; siquidem ubi lancea pro maiestate utuntur; si vulnerant, vulnerantur. Corona, ut videbimus addita pilo, ut altius federet potestatis veneratio. Quod fiebat exterius in ornatum, animi præ se ferebat tormentum: equidem si corona pondus capitis, & ferrum in usum vulneris; dum assumebatur auctoritas principatus, fumebatur ab incauto etiam cum onere vulnus.

7. Capta est Rabbath filiorum Ammon ministro Ioabò a David: & inter spolia; tulit diadema Regis, eorum de capite eius pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas; & impostum est super caput Davia. Quis ferret in capite titulo coronæ tantum pondus? Qui prurigne percelleret principatus: igitur abdicat, qui ambitio ne pungitur, quod pondo diadematis opprimatur.

Non fuit armillas tanti pepigisse Sabinas. Ut premeret sacre virginis arma caput. Fœminæ prolium est: modò gemmis floreat & ornatur, quid ad illam si onere oppressa moriatur? Pondo auri talentum. Hinc fulgor diadematis? & cruciâmen ambitionis, delirio insatuatæ mentis: equidem si ex talenti corona pondus sustinet tantum; signum profectò, non habere talentum. Non erat talentum in capite, sed in diademate, quo iubare in thronos ducuntur indigni; ut à subditis ex honore plaudantur, dum insularum talentum venerationi exponuntur: equidem vacui talenti pretiositate ac splendore; possidere arbitrantur à dignitate. Pondo auri talentum, in prudens pro regimine consilium, ne decreta expendantur ad lubricum voluntatis, sed iuxta leges: etenim si per talentum intellectus designatur, ex quo iudicium in moderamen oritur; quod non habuit ante assumptionem futile cerebrum, ex talento dignitatis debet conferre iudicium. Vernaculæ: Tenga un poco de juicio en la dignidad, aunque antes de la eleccion aya sido un cascabel. Iuxta dignitatis excellentiam Romæ metalla legebantur in coronam: de quo latè Plinius, Carol. Paschal. & Anton. Thylisus de Coron. Alijs ex ære, aut argento: Imperatoribus donabantur ex auro, quod quidem ex metallis gravissimum, in regi-

minis nobile documentum; ut ex pretiosa qualitate metalli, dicerent quomodò præclare se gererent in honore: equidem quo maius munus, maius debet esse in regimine pondus. Diadema pondo auri talentum, impostum super caput Davia: idest, super thronum eo in loco, quo infra sedebat David. Vide Alapid. Plus gravabar onus muneris, quam diadematis: signaturque in corona impostâ capiti pondo talentum, nova obligatione regiminis subditorum, & ex auro maiestas, cui maior gravitas; quippequam inter diversa moderacionis ponderosa munia, nihil gravius quam corona. Gloriabundi in sui durissimo cranio capitis, diadema censent levissimi ponderis; quia caput leve: haud ita in Dei iudicij libramine: igitur dum ratio exigitur perfuncti regiminis, lapsis humeris conitat ex pondere quanti ponderis.

8. Currus Israël & auriga eius, plauditur Elias; cui tanta in eius regimine sollicitudo & auctoritas. Impossibilis ex materia plausus, cum una nequeat exitere auriga & currus; cum auriga currum ducens moderetur, currusque à ducente dirigatur. Currus onus portat, auriga currum onustum gubernat: & ubi Elias currum regiminis cursus habet, ac per orbitas rectitudinis dirigit, etiam obit currus nomen; ut moderatoris consuetudo molestissimam gravamen: quandoquidem accipiens directionis munus, in honore collato suscipit onus. Dialecto vulgari: Llamose carro, porque el que rige es quien lleva todo el peso. Figuram cœli in thronis fingebant Perseæ, quasi maiestate essent in cœli culti: ne: uti observant Cedren. ad ann. 13. Heraclij, & Causin. 1. Symbol. 5. Vanitate ferebantur in huiusmodi quasi quilibet, quippe inanis uti picta maiestas, ostendens exterius, contra quod latebat intris: equidem nequebat esse cœlum sedes inalterabilis beatitudinis, ubi urgebat in dolore summa vehementia cruciaminis. Acerbè increpuit Tiberius (ait Tacitus, 2. Annal. cap. 87.) qui divinas occupationes ipsunq; dominum dixerant. Debeant dicere laboriosas, & assumptum in principatum servum publicum, longè à cœlo sedens etiam in glorioso throno: igitur ex usu regiminis, dum magis flabellum rutilabat maiestatis, duntaxat suscipiebatur laborem, publicam serviens in gloria infelicem servitutem. Hinc purpura tragica destinata cultui graviorum personarum, quippe summi splendoris & pretij: ait Ravil. Textor. lib. 4. cap. 94. in Offic. Honorabat vestis, verum signum fulgebatur etiam infelicitatis: etenim qui splendore ex veste & munere ambiebat honoris gloriam; etiam

Græciæ circumspicere in ampliore festigio.

Nil gravius coronâ.

4. Reg. 24. 22.

Non bene regit, nisi principis onus regiminis portet.

Tacit.

Qui servum publicum.

Ravil. Que purpura tragica.

Est manus in vulnera dicitur.

30.

Ambitio fœbi blandè crudelit.

Ovid. 1. Amor. 10. 7. 49.

Indignis deaurantur à dignitate.

induebat ex principatu tragediam. Vestis splendoris est, qui oculos spectantium perstringit, & simul ornatum percuteit; maxime si insatiantur splendore, qui sedent in maiestate: diciturque vestis tragica præ muneris eminentias; quippe felicitioris exitus, semper in præcordia vulnus: igitur maximus dolor, ubi tragicus splendor. Hispanic. Siempre ha costado caro un lucimiento.

9. Coronæ Regum Ægypti aspidum imaginibus eminebant effigiatæ; de quo Kircher. in Tabula Bembin. Quod pro vigilantia principis hieroglyphicum, monet de periculo ambicionis peccus incautum. Alpis amplexu mordet, in somnum virus effundit; cognoscantur blanditiæ principatus in vitæ ruinam, dum aspides consuecunt maiestatis coronam: equidem qui illicitur blandimine throni, ac dormit imminente discrimine; sollicitans splendorem honoris; in sinu fovet fatuus venenum aspidis. Soporat aspis, quum mordendo venerat in coronicæ collocatur, ut cupidus cautionem non virus hauriat; quia dignitas ut aspis amplexendo, suffocat: electique sepe suffocati degunt, vel veneno moriuntur, pro quo avidè moriebantur: duntaxatque in coronis sculpturæ forma aspidis sporiferæ, cuius veneno nullus redditor menti; quoniam ita suavis in mortem ictus, ut nec sentitur dulcedine morsus, & ad incitum vulnus nullus sic sensus. Tota maiestatis machina est ludibrium oculorum, speciosum fatuitati sparium, cuius coloribus trahitur penè læta phantasia, quum consideret incommodatæ: equidem adintra facis quò magis ardore lucefcant ipso splendore infelicitate deficiunt. Ex cunctis Planetis iuxta Ptolom. de Iudic. Ioann. Iovian. Pontan. de Reb. celest. & Uran. solus Saturnus insuit in dignitates. A Poëtis collocatur in vinculis: & iuxta Lucian. Dialog. de Astrolog. Natalemque à Comitibus, tam in fab. 4. lib. 1. Metamorph. quam 2. Mytholog. cap. 3. quasi non sufficerent vincula, cœlo dicunt detrusum in tartara.

Quæ in cœlo sita sunt in aëre aspidum?

Ambitionis periculum?

Nat. Com. Saturnusque Jeneæ, quem tartara dira coercent.

Cur in dignitate insuit Saturnus?

Nat. Com.

Cœlamque profundum.

In qua cruciamina devenit cœnodoxia? Gloriarior miser, quippe in alto caduro, de vinculis, de carcere, de cruciatur, debito maiestati supplicio: igitur quò elatior altitudine cœli, eo depressior & afflictior in profunditate Tartari. Infernus est superior, throni fulgor; gravi maiestate, ut laceat anima, quin possit erui ex inferno inferiori; cum ex sublimitate dignitatum, appropinquans sic in inferno deorsum, accepta calamitate ex muneris altitudine: igitur nulla maior, dum præterit vitæ nutans honoris splendor; quàm post servitutem, carcerem & aurea vincula, propter vincula aurea detruddi in tartara.

10. Quæ auræ aurea dicitur, uti vidimus in Liter. n. 36. Aliter prorsum splendore dignitatum: equidem quod videtur aurum, sine pretio splendoris duntaxat plumbum. Altior cunctis Planetis est Saturnus, qui omnino terreus, throno ligatus; & cui plumbum tribuitur; ut culmen dignitatum formidetur: igitur quò altior in venerationem dignitas, amplior ex pondere gravitas. Falcem Saturnus pro insigni habet, qualitates pallidas & lividas mortiferas insuit, plasque nocet retrogradiendo, quàm directè procedendo: inquit Grannayse de Propriet. rerum, lib. 8. cap. 23. Altitudo attonat, semperque nocet; maxime si assumptus retrogradus procedit: igitur si malum in eo qui in dignitatem vocatur: pessimum ambitioso, qui obliquè sine vocatione ingreditur, expositus proximè carceri, vinculis, compedibus, duris catenis; quibus trahatur in tartarum, cupiens cœlum: quandoquidem retrogradus caret in fastigium directione; qui non intrat per ostium, sed ascendit aliunde, in immane ex cacumine horribile præcipitum, per abominabilem in ruinam ambitum, prælagio gravis periculi in insignibus Saturni: equidem propter vanum, lubricum splendoris honorem, habet in iugulum falcem. Quorum causa acriores, quia inique: insit Tacitus d. Figuntur, quippe ex abrupto petunt; secumque pericula ducunt: inique agunt: quin ex insidijs ambitionis præcogitent exitus iniquitatis: igitur dum exaltant caput, ac in sublime ascendunt, falcem acutâ in fastigio caput admittit. Solium æquivoce vox est. Signat sedem regiam qua dicitur ius, & sepulchrale loculum, in quem cadaver destinat pallida mors. Unde Curt. lib. 10. in Histor. Alexandr. cap. 6. subdit: Septimus dies erat, ex quo corpus Regis iacebat in solio. Idem Plin. lib. 35. cap. 3. Hæc tendit credita, plausu maiestas, ut suspi-

Virgil. Et cœlum vocatur tartarus?

4. Reg. 25. 15.

Imago Saturni.

Barth. Auglic.

Ambitio fœbi nocet.

Tacit.

Solium sepulchrum. Q. Curt.

ciōse introspectatur vel suprema auctoritas, conferens in regimine, quod conceditur in morte: equidem ascendens in regale augustinum solum; in ipsa acclamatione assumitur in sepulchrum. Nescio an hoc intuitu, electis illic imperatoribus offerretur sepulchralis lapis ab artificibus. Constantinopoli inuoluit hic uisus, ut primo die quo capiti Imperatoris corona Caesaris imponebatur; ad eum cementarius cum tribus marmorum spectebus accederet, his uerbis: Elige ab his saxis, ex quo Angustissime Caesar,

Ipse tibi simulacrum me fabricare uult.

Ait Ulysses Aldroand. Tom. 4. fol. 102. B. Ne laboretur ratione potestatis, qui duci debet potestate rationis; in blanda, uirulenta, gloriosa uita; alexipharmacum praefens sepulchri memoria: compescit enim cogitatio intra iugum legis, devias, vagas, errantes cogitationes, ut cupiditas marcescat, modò aspectus tumuli floreant. Altius politice (ni fallor) tendit marmoris sepulchralis electio, ubi prima uiget in imperium respiratio: etenim si uita regiminis in catenis, maieestas pondere gravis, aureae compedes, auctorati carceres in cordis & halitus oppressiones, argentes in funebre solum; iure offertur primo instanti coronationis sepulchrum: quandoquidem suffragia conferentia celsitudinem, fatentur exhibitione marmoris offerre mortem. O quantum lacrymarum exclamat Seneca, Epist. 115.) o quantum laborum exigit! Adice quotidianas sollicitudines. Quantum damnis ingemiscunt, quae magna incidunt & maiora uidentur! Maiori tormento dignitas possidetur, quam quaeritur. Cuncta tendunt in Principis angustia laborum; per uiam gloriosam damnati splendore ad crucem.

11 Dixi hic & non semel exaltationem Iosephi super terram uniuersam Aegypti: Dixitque Pharaō ad Ioseph: Ecce constitui te super uniuersam terram Aegypti: tulitque annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius; uelut qui eum stolā byssinā, & collo torquem auream circumposuit. In annulo signatorio rota credita potestas: at in signum potestatis qualis signaculi claritas? In annulo quem Pharaō Aegypti Rex dedit Iosepho Proregi; Crucem sculptam fuisse, argumentum supreme potestatis: ait Gresserus, 4. de Cruce. cap. 9. Vid. Tautolog. 1. n. 45. Celebre potestatis superioris argumentum, in moderaminis signum! Intendit Pharaō Iosephi exaltationem vel cruciamentum? Cruciamen cordis & mentis sub specie exaltationis, in cruce eminentis ma-

iestatis: crucisque traditur signum in supremum principatum, quasi superioris moderaminis speculum: igitur per se obsequij blandimie, mancipatur crucis dirisimis clavis, quisquis clauibus regiminis. Hoc signo Petrus constituitur à Christo Apostolorum Princeps: Tibi dabo claves. Occurrit priusquam delictur testimonium in Didascalie propositum, quod oculis obicitur in horum imaginibus Principum. Insignia cunctorum varia, triumphum illorum uirtutis ostendentia: huic datur pro insigni gladius, illi serpens uirus: huic telum, illi carnis exuiuium: huic securis, saxa, crux instrumenta doloris. Moritur Petrus: quodnam in signum martyrii? Claves; equidem si regiminis signa; ex regimine clauium cuncta signantur tormenta.

Libertas misera, & saepe spes irrita mortis. Ultra procedit, quippe mors in mortem urget: danturque claves Petro, ut uehementior cluceat exercitatio: igitur nihil omnia, praeregiminis martyrii. En in signum martyrii insolita claritas, ut Principes stupefiant, vel mirantes patiantur, & simul Virtutem uideant.

12 Claves promissa, & ad mare Tiberiadis Simoni tradite; sed singulari stylo. Pafce oues meas: Cum senensis alius te cinget, &c. Hoc autem dixit Iesus, significans qua morte clarificaturus esset Deum. Claves conferuntur in palmum ouium, quo Petri significatur martyrius? Claves sunt in potestatem, & dignitatis honorem: Petri martyrium fuit crux. Quid est hoc? Crux ante crucem extremam, quandiu inter mortales ut Princeps habuerit uitam: conferunturque honoris supremi claves, & simul insignia mortis; quippe clavis crucis ante mortem configitur, qui regendis clauibus ut Pontifex destinatur. Super cunctis Princeps extollitur Petrus, sed illi praecunctis maior cruciatus. Insignia pontificatus maximi & sunt claves & tres cruces. Crescit regiminis acerbitas, praetexto extollitur auctoritas, signantibus insignibus, quibus doloribus supremi Principis contorqueatur pectus: quandoquidem si ter-maximus, Pontifex summus; tripliciter crucis destinatur ter-maximus. Vidit Petrus post traditam dignitatem socium, utrumque sequentem; dixitque electori: His autem quid? Tunc uero Christus: Sic uolo manere: quid ad te? Hic quiescit & quiescet munere contemplationis: tu uero in supremo munere laborabis. Superiore dignitate commissa; tibi tranquillitatis, nec memoria. Tibi in honore preparata crux; quietis Ioannis quid ad te? Quandiu emi-

Matth. 16: 19.

Srat. 114. Tob. v. 219. In regimine curia torq menta.

Perf. Satyr. 3. v. 38.

Ioann. 21: 19.

Imò dixi morti.

Ab sine ulla uocamine. Ven. 12.

Flagellum imperij symbolum.

uentiori funderis dignitate, haud uales uivere quiete.

Huius operis termaximi.

13 Manifestatur huiusmodi crux coram Ephraim & Manasse. Hi adducti a patre genibus flexis, in conspectu genitoris Iacobus constituitur princeps: quo in articulo uisus constitutionis singularis ritus; quippe Iacobus decussim collocavit manus. Commutans manus, Ioseph grauiter accepit, ut modum electionis curiose uidit: equidem si decussis manibus, efformatur crucis typus; nolebat filios per crucem ascendere in dignitatem. Voluit emendare quasi errorem excurientis, inuenitque meditatam perspicaciam cognitionis: Scio fili mi, scio. Ita Superiores efformantur in mundo, longe aliter quam uidentur in throno; etenim si throni sublimitas est in honore splendoris auctoritatis, & crux moderationis acerbitas; per crucis signum, apertè portenditur malestatis solum; destinatur enim crux, qui regendi uti Principes eliguntur maieitati. Pende articulum: Adhuc eos ad me (dicit Iacobus) ut benedicam illis. Ad dignitatem adducuntur, & cruci in collatione muneris destinantur? Formidant ambitiosi, qui nil formidant, cum ipsi ad dignitates accedant: igitur si crux grauis dignitas suscipiuntibus, qualis erit per ambitionem amantibus? Illi flexis genibus onere curuantur ad munus; hi colentes adorant & flexis genibus.

14 Dixi diademata Regis filiorum Ammon fuisse talenti pondus, importabile non tantum à capite, sed ab humero. Diadema Regis. Alibi dicitur De: Tulit coronam Melchom. Antilogiam conciliat Sanctius, n. 57. quippe Melchom sonat Regem Quantum auguror, cogitarem idolam Melchom esse in Regis diademate, uti speciem Numinis ab illis culti; uti patet, 4. Reg. 23. 13. Ierem. 49. 3. Amos, 1. 15. alijque Scripturae locis, uti diximus in Ephemer. Nescio an pondus coronae ab auro uel ab idolo. Arbitror ab effigie Numinis pondus procedere, ex coronae adoratione, quae sepe affectio laetet sub pectore humano, fovente civilem idololatriam: quippe titulo Numinis intendit tantum adorare coronam. Qui suscipit, gravatur pondere diadematis: qui quaerit, adorat sub larua Numinis; & pondus grauissimum maioris sentitur ponderis: siquidem magnum ad oppressionem discrimen, inter suscipere ac corditis adorare dignitatem. Flagellum olim symbolum dominationis. Unde pro imperio Octauiano tradito; fingitur à Ioue regenti flagellum creditum. Pier. Valer. Sib. 38. cap. 17. Sueton. in August. cap.

Boeth. Symb. 4.

Gen. 48. 14.

In uita crux.

Verf. 9.

Cur ambitiosi grauior?

2. Reg. 12. 30. 1. Paral. 20. 2.

Malb. adorare dignitatem.

Flagellum imperij symbolum.

94. Constat in sacris, uti diximus, Tom. 1. T. 5. D. 18. n. 9. Unde Iuuenal. de Caesare dixit, Satyr. 10. v. 110.

Ad sua qui domitos deduxit flagra Quiritis. Demissum caelo Octauium catenā aureā, ad fores Capitolij constitisse, eique Iouem flagellum tradidisse: ait Plutarch. in Ciceron. & Sueton. d. Dotes commendantur pro decore dignitatis, dum in regimine signatur homo de caelo descendens: quin liberetur uel descendens à gravaminis aramna, quando in regimine denicitur cum catena: aurea est, sed quantumvis ferream, faceret auream, descendens de caelo, ille qui uiveret etiam ligatus officio. Catenatus descendit: quid qui scandit? Catenam trahit, qui dignitate fungitur: tuncque descensu exaltatur; quoniam pro commendatione dotium nullius momenti, si exaltati exaltantur in dignitate. Sic uenit & cum flagello, id est, potestate, ac mortificatione: sed cui? Sibi. Hinc de illo, qui in catenam carnis descendit de caelo, dicitur ex textu Syro: Fecit sibi flagellum. Dum creditur pro regimine dominium, datur rectori flagellum: igitur uapulat animus, ubi uidet zelotes exleges subditos: uivique in maiestate summo cruciata, errantes cogitans indigere flagello. Haec enim de cauta parentibus thronos Zebedaei filijs; dixit illis: Nescitis quid petatis. Aliter accidit in thronis, quam cogitatis. Qua uidentur gloriosa, sunt flagella, flagra sollicitudinis, uerbera cordis & mentis, in halitus oppressionem, carcerem, crucem & mortem. Hinc uel qui gigantes gemunt sub aquis dominationis, frequenter queruli de importabili gravamine, quo dicunt rumpi, uolentes onus deponere: sed (obliquo iudicio) dicis gratia, quanuis sustineant flagella: igitur munera cupiunt (si cupiunt) dimittere: quoniam non possunt retinere: cum quibus quidem fateor laborem, sed inficior uoluntatem: etenim infatuati maiora sustinent; si potestatem retinere possent. Sumerent sub fulgore spinoso maiestatatis, et si

Iuuenal. Plutarch.

Praef. ligatur officio.

Ioan. 2. 15.

Unde ambrosius Praef. diu.

Matth. 20. 22.

Dulci- lae praelatura.

Fault. Adrellia.



Difficilis rigidior res sit tolerare labores.

DIDASCALIA V.

Pœnitentia criminis est lapis philosophalis.

DE lapide Philosophali quid non commenti sunt, qui volunt divites fieri? Vix dici potest, quibus amentes se exposuerint curis, vigilijs, laboribus, sumptibus propter imaginarium lapidem divitem; quin respuerint vel redacti in egestatem. Videtis dicta in *Ephemer. 1. Maij à n. 2.* ex Kircher. in *Alchim. hieroglyph. Class. 10. cap. 7.* Principium huius deperditæ mentis est illud Ægyptiacum proloquium; scilicet: *Cælum sursum, cælum deorsum: Astra sursum, astra deorsum: quod sursum omne id deorsum.* Hæc capite & prosperare. Huiusmodi ænigma ita exponit Kircherus loc. cit. *Post putrefactionem corpora se in altum elevant in colorem albedinis celestis, que albedo vita est: qua anima spiritibus Solis & Luna infunditur, separatur impuro ab impuro, exatque terrestrium sæcum contagione, celestem quandam indolem acquirit.* Utile exponamus ex imposturis remedium. Tota huiuscemodi cogitationum machina intendit ex quolibet conficere aurum, ac ex vilibus pretiosis; quod duntaxat periclit studiose pœnitentia, si separaveris pretiosum à vili, gratia iustificantis albedine: igitur spiritibus Christi Solis & Lunæ Virginis-matris anima animæ infunditur, splendori restituitur per albedinem mirabilem, qua celestem acquirit indolem, separato impuro ab impuro, singulari pœnitentiæ artificio, sine vita carnis in ipsa carne, exuta terrestris feculentie contagione. Canit Paulin. *Consular. Carm. de Baptis. à v. 261.*

Ænigma lapidis Philosophalis.

Kircher.

Quomodo lapis hic fit pœnitentiæ?

Paul. Consul.

4. Reg. 25. 35.

Que perditæ servant.
 Hic quicumque hominum vita commissæ prioris
 Pœnitet, & tandem sensu meliora volutat,
 Ille remansus erit.
 Sæpe in expositione Tautologiæ vidimus, quod contingit in exterminio templi Hierosolymitani per Nabuzardan, discernentem ac segregantem inter spolia, que aurea, aurea: que argentea, argentea. Si ex argento, planè argentum: si ex auro, aurum: quo ergo intuitu si spolia ex auro, dicuntur aurea; & ex argento, exponuntur argentea? Aliud & aliter conficit gratia, & aliud periclit sine ulla commutabilitate natura. Au-

rum & argentum à natura est: haud potest mutari fors. Ferrum est ferrum, quod lapide Philosophali mutatur in aurum. Quod factum ab avaritia, constat virtus pœnitentiæ, dum templum Dei per peccatum destruitur, ac per illum restauratur: meditanteque dicuntur que aurea, aurea; que argentea, argentea; ut pateat que per pœnitentiam facta à gratia: equidem si ferrum crimen propter legis transgressionem; inveniunt lachrymæ lapidem philosophalem: quandoquidem que averfione ferrea & ferrea, per pœnitentiam convertuntur in aurea. Vivide Hispanà dialecto: *Tà no ay hierros, si llorados.*

Modò vita sequatur,
Que probet abiatos vitam damnasse priorem.
 In Tautologia principali idem acumen in lachrymas. Obvult Regina Saba Principi Salomoni gemmas pretiosas. Æthiopic. *Singulares lapillos.* Pendet lapides occurrunt in offendiculum: gemmæ verò in spectabile pretium: dicunturque singulares, propter miracula pœnitentiæ virtutis: igitur que animæ delinquentis offendicula, fulgent cum pœnitentiæ gemma pretiosa. *Emitant & faces, non nisi dum decidant:* ait Plin. *lib. 2. cap. 26.* Cassus illis splendoris fomes: incendit illas decedentes frigus, & concepta flammâ, rursum igne surgunt in altiora. Non secus animæ, gratiâ usque in æthera ducta, frigore charitatis infeliciter cadentes, que nequaquam emicarent, ni deciderent: iuvie in flammam frigus, & incendit sctum cassus quandoquidem per lapsus toto corde pœnitentiam acriorem sursum conceperunt flammam. *Sæpe maiori fortune* (inquit Seneca, *Epist. 91.*) *locum fecit iniuria. Multa ceciderunt, ut altius surgerent, & in melius.* Sunt utique diuturna & melioribus auspicijs in ævum longius condita? Que à pœnitentiâ perfecta: equidem corda que crimine omnino terreas dolore facta sunt aurea. Maiora momenta contulit iniuria; quia non ceciderunt ut sic manerent, sed ut altius & in melius, validius surgerent.

3 Deliquit Petrus, factus confusus, ratione collocatus criminis in tenebrosis & in umbra mortis. Flevit amarè. Quid inde? Quid? *Ita ut in plateas eiecerent infirmos, & ponerent in lectulis ac gradatis; ut veniente Petro, saltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis.* Umbra symbolum peccati est, quo recedit pravus, ne pateat vulnus: ægrofque sanat umbra Petri, à quacunque detentis infirmitate? Mirum sanè, vulnera sanari vulnere, & tenebras tenebris

Conversit ferrea in aurum.

Paul. d. vi. 267.

3. Reg.

Que effunditur gemma pretiosa. Plin.

Senec.

Pœnitentiâ qui lapsus surgit in melius.

Ad. 5. 24

illu.

illuminari; ut qui umbrâ tacti vindicaretur ab umbris & ægritudine.

Arator.

Quod peccatum, pœnitentiâ fit portentum.

Ut vitis noxique resolverit agros,
 Uti canit Arator, 1. in *Æth. Apostol. v. 51.*
 Mirum proorsum, quod peccati clarum signum esset in Petro portentum. Unde ergo in tenebris tanta lux? Pœnitentiâ in lumen mentium erat sanatis fons. Pœnituit, doluit, peccatum amarè flevit: cumque pœnitentiâ illustret, quod animam deturpavit (commutando in defecatum aurum, durum cor ferreum) Petri crimen transtulit in lucem: etenim quod grave in umbra delictum, ex flatu & cordis punctione refulsit tanquam miraculum. Sit ergo: verum quomodò Petri umbra convertita in lucem, deservire potuit ad aliorum sanitatem? Ægritudinis illorum erant signa ægritudinis mentium, qua plus quam in lectulis iacebat in umbris cor, sine mente insulsa mens, conscientia vulnerata: peccatumque Petri ægros peccatores à vulncribus levat, dum umbrâ umbris iacentes illuminat; quoniam in umbra miraculum, quando Petri pœnitentiâ ministratur in exemplum. Ideo dicitur ab Aratore, *v. 467.* *Luminis umbra.* Est umbra sine lumine, ubi nulla penitudo de commissio crimine: est umbra & simul splendor, ubi corde de crimine sedet dolor: unde si in umbra signatur lapsus, & lumine fletus; videntes in umbra lucem, iacentes in lectulis recipiebant sanitatem: Petrusque ostendebat ægris refulgentem umbram; ut ex ipso discerent vulnerari pœnitentiam.

Arat. d. vi. 467.

Umbra pœnitentiæ, fugit umbra peccati.

Umbra pœnitentiæ, fugit umbra peccati.

Ad. 5. 24

vulneris umbram; in lucem sauciorum dedit medicamen pœnitentiam. De peccato damnavit peccatum, ubi conficit de veneno remedium. Sed hoc aliàs. Haud sine imitatione recedat, *quancis gravis morbi quantitas* (ait Bernard. *de Convers. ad Cleric. Bernar. cap. 5. n. 7.*) *& curatiõis difficultas:* quomodoquidem ut influat sanitatem, quod virus per ægritudinem; pœnitentiâ ex ipsis umbris mirè profert splendorem.

Bernard.

2. Cor. 4. 6.

4. Edr. 6. 40.

5 *Deus dixit de tenebris lumen splendescere:* asserit Paulus Numinis ostendens gloriam, per collatam hominibus gratiam (uti observat Dionisius de *Divin. nomin. cap. 4.*) gratiam vocans lucis radium, atque tenebras flagitium. Tota laus in gloriam gratiæ Dei: equidem plenior in Patre lumen, vocare homines in gratiam de tenebris peccatorum; ut eius per pœnitentiam claritas illuminet mirifice tenebras, que pœnitentiâ irradiant in his qui in tenebris sedent. Aliter Efdras conficit Divinitatis plausum. *De thesauris lumen luitosum.* Si encomium divinæ potestatis lumen de thesauris lucis; quomodo quòd lumen splendesceret de tenebris? Si lumen est gratia, mysterium magna odoror in luminis differentia. Tam in homine, quam in Angelo Deus erat condens naturam & largiens gratiam: de quo Augustin. *lib. 12. Civit. cap. 9.* Uterque ab illo statim felicissimo corrigit; sed uterque non surrexit: igitur quia placuit ei, erexit hominem; & sub caligine æternis vinculis igneis reservavit demonem; propter unum peccatum, procella tenebrarum perferat in æternum. Magnus utique Dominus producens lumen gratiæ in naturam luminosam; sed non maximum: igitur reflat in ostentationem magnitudinis, lumen splendescere de tenebris: restitutaque gratiâ homini, nihil dicitur de luminoso lumine; ut pateret quanta gratiâ, illum educens à tenebrosa culpa, quin è diaboli tenebris fulgor refluere lucis: etenim peccante homine ex tenebris eduxit luminis formam; ubi in formam lucis novæ cogitavit pœnitentiam. Damonem de tenebris non extraxit, hominem in lumen miseratus restituit. Hic doluit, ille & pervicax non pœnituit. Unde cum pœnitentiâ illuminet tenebras, & umbrarum criminum tollat umbras; magis quam luminosa gratia dicit splendorem, de tenebris peccatorum gratia splendescere lumen.

An plausibiliter lux de thesauris lucis, vel ex tenebris?

Ovid. 1. Amer. eleg. 14. v. 55.

Reparabile damnum.
 Equidem per pœnitentiam vicit nitore luminosam gratiam. *Rediviva natiõis conditionis innocentiæ præfert:* subdit Ambrosius

As

fius